

DISSERTATIO ACADEMICA,

OBADIÆ VATICINIUM SUETHICE
VERSUM NOTISQUE EXPLICATUM

SISTENS,

CUJUS PARTEM II:DAM,

CONSENSU AMPLIASS. FAC. PHILOS. IN ACAD. ABOËNS.

PRÆSIDE

JOH. HENR. FATTENBORG,

Litterat. Orient. Profesj. Ord.

PRO GRADU PHILOSOPHICO,

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

ANDREAS JOHANNES SJÖGREN,

Stipendiarius Bremerian. Wiburgensis.

In Auditorio Philos. die XXI Junii MDCCXIX.

h. a. m. s.

ABOË, TYPIS FRENCKELLIANIS.

v. 4. Men om du lik örnen svingade dig i höjden, om du bygg-
B de

convertere, & sub petris & sub re-
gionibus desiruentur filii sultorum, valde absconum fore;
sententia, si **לְשָׁנָה** rupem aut precipitum rupis reddi-
deris, liquido fluente, eandem significationem Hebræorum
חַנִּוָּם affingere vix dubitamus, præsertim quum SYRUM
apud Jeremiam voce **لَهْلَهْ**, CHALDÆUM eodem in loco
& apud Obadian verbis **בְּוֹבָא** בְּבֹבָא, & ARABEM in Cantico
كَنْفَ الْصَّخْرَةِ في ad hebraicum nomen expri-
mendum usos suisce videamus. Unde autem LXX hoc
loco ὄπην & in Jeremia τεμαχίαν sumserint, vix dici
potest &, quantum quidem nunc scimus, omni etymolo-
gico caret fundamento. Nam quod in Lex. habet JOH.
SIMONIS סֶלָע חַנִּוָּם asyla, h. e. fissurae petrarum, nihil est;
quemadmodum nec magnam fidem JOH. BUXTORFIO, in
Lex. Chald. Rabbin. Talmud. Chaldaeorum μάνη, p̄aeunte
R. Salomone, fissuras petrarum interpretanti, habere pos-
sumus; quippe quoniam, si μάνη apud Rabbinos forami-
nis, i. fissuræ vi polleat, id e significatione, quam eidem
voci Hebræe adjudicarunt, unice pendet. Majoris certe
momenti in hac stabilienda potestate foret, si sibimet
ipſi constarent & inter se convenirent veteres omnes In-
terpretes; sed fluctuati quoque sunt illi. Habent etenim
LXX in Cantico σκενῆν, i. e. tegumentum, cum CHALD.
ibidem vocem Hebræam retineat, & SYR. apud Jeremiam,
ARAB. apud Obadiam, ut quoque VULG. omnibus tribus
locis foraminis, fissuræ, aut cavernæ notiones exprimant.

מְרוּם adjective intelligendum est & ante supplendum
pron. relat. **שָׁנָה**, hoc sensu: cuius (scil. habitantis

de ditt näste ibland stjernorna, skall jag nedstörta dig
derifrån, säger Herren. 4)

v. 5.

rupes petrarum) sedes alta est. Legisse videntur LXX,
& VULG. מְרוּם loco מְרוּם vertentes: וַיַּעֲלֵה נָצְרָנִים אֶל־תְּבִיבָה,
& exaltans solium suum. Apte quidem sic מְרוּם respon-
deret præcedenti participio. At deest codicum fides.

¶ אִם חֲגֹבְיהָ, si extuleris scil. nidum tuum, קָנַךְ a fine posterio-
ris hemistichii hujus versus repetito, explicarunt recentiores
Interpretes fere omnes, eodem, quo ROSENmüLL. in Scholl.
ad h. l., usi argumento, scil. quia apud Jeremiam Cap.
XLIX: 16 diserte legitur: חֲגֹבְיהָ בְּנֵשׁ קָנַךְ מְנוּ. Sed tanto
libentius veteres sequimut Intt. quorum alii passive, alii
intransitive חֲגֹבְיהָ intellexerunt, quanto elegantior est
dictionis varietas, quæ ex illorum oritur explicandi ra-
tione, quamque in nostra versione exprimere conati sumus.
Neque insolitus est intransitivus verbi Hiphil. מְנוּ.
Occurrit enim v. c. Ps. CXIII: 5 לְשָׁבֵר חֲגֹבְיהָ
i. e. Jehovah exaltans se ad habitandum, & Job. V: 7 בְּנֵי רְשָׁף גְּבוּרָה עֹזָה;
& quis, quæsumus, elegantem Jobi versiculum,
אִם עַל פִּיךְ יַגְבִּיהָ נָשָׁר וּבִי וּרוּם קָנַךְ, qui Cap. XXXIX:
7:us est, ita corrumpere auderet, ut illum his converte-
ret verbis? An tuo jussu extollit nidum suum aquila? An
(tuo jussu) attollit illum? Quanto melius, qui heic haud
ita bene Obadiæ contuluit dignitati, ROSENmüLLERUS ipse
(in Scholl. ad Job.) eundem Jobi locum interpretatus est!
An tuo jussu sublime petit aquila? Et in alto ponit nidum?
Quod autem Jobo datur, concedendum quoque est Obadiæ;
sique Jeremiam hoc loco ducem eligere nolumus, quippe

v. 5. *Om tjufvar, om nattröfware inträngt hos dig, huru vore du då förstörd? Monne icke tjufvar själa blott fått behof? Om vinbärgare inträngt hos dig, monne icke de qvarlemnat några drufvor till efterhämtning.* 5)

B 2

v. 6.

quam, timidus velut imitator, sublimitatem Obadiæ assequi vix valeret, quod in hoc audacissimum erat omnino resecavit — defunct enim in illo verba זָמָן בֵּין כּוֹכְבִים שָׁמֶן — & edita tantummodo terræ, ubi rapacesnidulari solent alites, scandens, הנביה cum נַדְרָה conjunxit.

- 5) DN interrogandi vim sc̄pius obtinere nemini notum non est, atque sic etiam ROSENmüLLERUS, l. c., particulam istam explicavit. Sed aptior jam duobus primis, quibus heic occurrit locis, nobis videtur vulgaris τὸν conditionalis vis, & aptissima certe est ante בָּזָרִים, ubi in interrogatione si ponatur, inconcinnam amborum postremorum reddit versiculorum conversionem, tum latinam a ROSENmüLLERO propositam: *num vindemiatores venerunt tibi? annon isti reliquos faciunt racemos? tum imprimis vernacula, qua heic utimur, lingua confectam: monne vinbärgare inträngt hos dig? skulle icke de hafva qvarlemnat några drufvor till efterhämtning?* Hoc autem posito, atque, ut speramus, concesso, lequitur etiam, ut particulæ τὴν exclamandi vis minus commode hoc loco tribuatur, quæ ROSENmüLLERI quoque est sententia, sed adverbii interrogativi more explicanda sit quomodo? l. qua ratione? aut forsitan ita, ut totam enunciationem in interrogandi forma ponendam esse simpliciter significet, unde hæc prodit interpretatio: *om tjufvar inträngt hos dig, vore du säl få förstörd?* scil. quemadmodum nunc es.

אֵיךְ נָרְשִׁיתָה SYR. quidem & CHALD. ita interpretati sunt, ut *conticendi* & *sopore obflupescendi* significaciones verbo רַמָּה, e cognato דַמָּם, adtribuerent; sed quum solita τεράτη potestas commodum præheat sensum, ab illa vix recedendum est; quemadmodum etiam LXX, illorumque fidus pedissequus ARABS vix audiendi sunt, qui πέντε ἀπεγγέλθησαν & طُرْكَشْ حَبِشْ habent, quasi, notantibus DRUSIO & CARELLO, אֵיךְ נָרְשִׁיתָה legiscent. Cfr. Jo. MARCK. in *Comment. in XII. prophett. minn.*

--- עַלְלָתָה optime explicari putant haud pauci e *Lev. XIX*: 10, ubi talis racematio vetita legitur, quæ nihil uvarum pauperibus colligendarum relinquit. Sed illud præceptum huc trahere opus non est. Furibus enim & nocturnis prædonibus religio non est, omnia, si possint, ita agere & ferre, ut neque hilum remaneat; sed raro illis tantum temporis conceditur, ut tale facinus perpetrare queant; quare, metuentes quoque, ne illis superveniat rerum auferendarum dominus, quantum posunt pro tempore corradiunt &, paucis saltem rebus relictis, rapto celeriter diffugiunt. — De cetero, quod ad sensum totius versiculi attinet, planissimus omnino est. Id nimurum significatum voluit Propheta, gravem vastationem, quam Idumæis illaturi essent crudelissimi hostes mox irruentes, cum illa rerum jactura, quæ rapacibus furum ac prædonum nocturnorum cito auffugientium manibus accipitur, haudquaquam esse comparandam; quippe quum latrones, licet rapacitatis scelere furiosissimi sint, aliquid tamen relinquere cogantur, igne & ferro terram Idumæam ejusque incolas ita vastaturi, depopulaturi erunt hostes ferocissimi, ut ne vestigia quidem gentis, aut rerum illius vel minima monumenta transiuntur oculis deprehendi possint,

v. 6. Huru genomsökt är Esau? huru genomletade äro hans gömflällen? 6)

v. 7. De som med dig i förbund stodo, hafva följt dig till gränsen, de hafva bedragit dig, de hafva besegrat dig, som med dig i fred løfde, de som ditt bröd åto hafva ställt förfåt för dig, och du märkte det icke. 7)

v. 8.

6) יְהוָה in origine nomen proprium, hoc loco gentile & patronymicum est, Elavi polteros ditionemque illorum, significans.

נָא בַּח rarius apud Hebreos verbum, e Syriaca & Chaldaica dialectis quærendi significationem fatis confirmatam habet,

7) פִּהֵל, quæ significatione subinde pollet Græc. προπέμπειν & Lat. deducere, ita ut idem sit atque amice aliquem comitari, eadem hoc loco summisimus. Rarior quidem est hic usus & formæ folummodo pihel, proprius, sed confirmatur tamen, tum primigenia mittendi ac frequentius usurpata dimittendi vi, tum etiam exemplis quibusdam fatis luculentis, qualia sunt Genes. XII: 20 & XIII: 16, Cfr. ROSENmüLL. l. c. Neque non contextus ipse hanc significationem flagitare videtur. Si enim ante calum istum, quem Idumæis denuntiavit Propheta, amice erga illos se non gesiscent socii, vix intelligi potest, qua ratione Edomum sefellerint eique insidias struxerint. At his positis, planissimus oritur hic verborum --- עַד גָּבָרְלָנְצָיְשׁ sensus: "qui data fide & foedere victimarum sanguine sancto tecum juncti fuerant, & auxilium ad communem hostem propulsandum tibi spesponderant, illi iidem

suasores tibi facti sunt belli & te honesta deductione ac copiis instructis ad fines tuos ab hostibus circumseptos comitati sunt. At hic loci te, nihil fraudis suspicantem, ex inopinato decepterunt: nam ecce! ad hostem repente transgressi, qui tecum pacem agitaverant, te adorti sunt & victoriam de te reportarunt". Ad magnitudinem calamitatis verbis augendam haec composita sunt. Durum enim est succumbere hosti; at ab amicis sociisque prodi & hostium manibus tradi, animum violatæ fidei & federum fractorum sensu lauaciat, dilacerat, atque sic ipsius infortunii vim vehementer auget.

רְשִׁיאוֹתָךְ expresserunt LXX. ἀντεσησάντας σοι, ω̄ πρω̄ λε-
gentes, quemadmodum in verbo 3:10 רְשִׁיאָךְ הַשִּׁירָה fecerunt. At
vide sis, quæ ibi disputavit CAROL. ERIC. HÄLFFORS.

לְחַמֵּךְ varie a viris doctis explicatum est; nos autem
in vertendo cum iis lecimus, qui, nomine אֲנָשִׁי τְּחִזְקָה repetito, homines panis de convictoribus, qui pane
alicujus vescuntur, interpretati sunt. Sed accentu At-
nach suo loco dimoto & voci præcedenti רְלִי supposito,
ac denique præfixo ו ante רְחִזְקָה subintellecto, SYRO
duce, vocem רְשִׁיאָךְ in eodem cum רְחִזְקָה membro conclu-
di potest, atque haud scio, an haec ratio omnium optima
sit. Nam bina versiculi hemistichia hoc modo æquabilio-
ra fiunt, & si conjunctio ו ante רְחִזְקָה abest, secundum
Maforethicam textus distinctionem ante יְכִילְךְ quoque desi-
deratur. Quam autem sequaris rationem, idem fare pro-
dit lensus.

מִווֹּר illis adnumerandum est vocabulis, de quorum si-
gnificatibus, utpote obscurioris sunt originis, vix certi
esse possumus. Neque de fasciæ, seu vindictura, qua vul-

nera obligari solent, aut ipsius *ulceris obligati significacionibus*, quæ duobus aliis locis, scil. *Jerem.* XXX: 18 & *Hos.* V: 13, ubi vox מָרֵא occurrit, adhiberi solent, nunc disputandum est; quoniam si vel firmissimis confirmatæ esent argumentis, nihil tamen illæ ad hunc locum explicandum facere valerent. Sed si de illis dubitatum sit significacionibus, *insidiarum quoque acceptio*, qua in versione usi sumus, in dubium vocari potest. Pendet enim illa, uti quidem nobis videtur, potissimum e veterum Interpretum auctoritate, qui miro consensu ad illam stabilendam conspirarunt. Quod autem ad etymologica attinet argumenta, longius & e multimodo linguarum orientalium usu petita sunt, ideoque etiam claudicant. Nam si cum recentioribus Lexicographis, sive Arab. مُرْجٌ *mentitus est*, aut مُرْجٌ *equaliter distendit*, uti fit in ylendo utrem, sive Syr. مُرْجٌ extensus fuit, und. مُرْجٌ extensum funibus suis tentorium (cfr. J. D. MICHAËLIS in EDM. CASTELLI *Lex. Syr.*) in auxilium adhibueris, quo mendacii & tendiculae, aut laquei l. retis significaciones ut primarias, & e quibus *insidiarum vis* quodammodo exsculpi posfit, voci Hebrewæ vindicare valeres, hæc tamen omnia, quam incerta & precario sumta sunt, quis est qui non videat? At quoniam meliora nescimus, in his quoque standum est conjecturis.

בְּ per enallagen personæ cum SYR. & CHALD. retulimus ad Edomum, quem in II^ada perl. allocutus fuerat Vates; tales enim lubiti transitus Hebræorum prophetis, vehementioribus animi motibus percitis, admodum vulgares sunt. Eodem modo etiam sensum intellexisse videntur LXX, præsertim si codicis Alexandrini lectionem ἐξ οὐσίας εἰναι αὐτοῖς.

v. 8. Shall Jag icke på den dagen, fölger Herren, utrotta de
vissa från Edom, och all klokhet ifrån Esau berg? 8)

v. 9.

8) **הַלְאָ** interrogandi sua vi hoc loco affirmationem inferre post MARCKIUM l. l. obseruavit quoque ROSENmüLL. in Scholl. c. t. Sed scepis, & forsitan etiam heic, vix opus est, ut in interrogatione explicetur **הַלְאָ**. Indicat enim haud raro tantummodo rem, idemque ac particula exclamandi **מִי** valet, ut v. c. Ruth. II: 8, **הַלְאָ שְׁמַעַת בְּתִי**, i. e. suethice: *hör dā min dotter!* quomodo etiam in lingua Samarit. nonnunquam ponitur pro **הַכָּה**, v. c. Genes. XLIX: 15. Cfr. GESEN. in Lex. ad voc. **אֲלֹהִים**. Quod forte etiam in causa est, cur **הַלְאָ** h. l. e Veteribus omis-
sint LXX. ARAB. & SYR.

בֵּין הַהְוָא *illo die* I. *tempore*, scil. quo ego Jehova Edomum perditurus ero. Sic enim haec dictio hoc loco, ut centies, sepe refert ad illud temporis punctum, quod in tota re, a vate canenda, summum est atque praeципuum.

וְ ante **הַאֲבָרֶתֶת** tantum convertit, non copulat, inquit ROSENmüLL. Quid vero, si post **הַהְוָא**, oratione interjectis vocibus **וְהַיְהָ** abrupta, reticentiam verbi cuiusdam, idem fere ac **אֲבָרֶתֶת** significantis, admittamus? Annon tales aploipeses vatibus furentibus propriæ? Quod si concedatur, particula **וְ** verbum omisum, cuius tamen absentia ipse oblitus fuerat auctor, cum **הַאֲבָרֶתֶת** conjungit.

וְהַ idem ac mons Seir, postea, cum Esau & posteri illius ibi confederant, mons Esau dictus.

Quod ad sensum hujus versiculi attinet, illo nihil explicatus esse potest, si modo hac ratione constituantur: defendit quidem civitatem bellica virtus; at quum magnam quoque vim ad illam sustinendam prudentum habeant consilia, atque id fore apud se statuisse justus scelerum vindex Jehova, ut funditus Edomum everteret, necesse quoque fuit, ut non solum fortis viri heroes, que humum morderent, verum etiam omnia fulcimenta, quæ togati cives, spectata sapientia & longa rerum experientia ornati, mox ruituræ reipublicæ supponere valent, subiraherentur ac disjicerentur. Quæ omnia cum prono fluant alveo, haudquam sententiæ accedere possumus SCHNURERI, locum nostrum his interpretantis verbis: "Quod dicit Propheta, futurum esse, ut sapientes omnes ablati sint, non eum sensum habere debet, quod qui consilio rerumque peritia valerent exinguendi sint ante excidium reipublicæ; sed potest verborum sensus esse hic: fore, ut omnia ab ipsis tam perverse agantur & infeliciter, ac si nullus inter eos supereslet, qui consilio rerumque usu quidquam valeret". Jejuna &, quod magis est, a communi Judæorum sentiendi ac loquendi ratione aliena hæc certe sunt. Nam persuasissimum erat omnibus Abrahamo satis, omnia agere ac perficere posse illorum summa veneratione prosequendum Numen Jehova. Silent immutabiles naturæ leges & sulphur ignemque de cælo in terram dejicit Jehova, dum ad instar petræ facit cor Pharaonis, ipsumque solem in Gibeon & lunam in valle Ajalon consistere jubet. Sic cogitabat, sentiebat, loquebatur pius quisque Israëlitæ; quare etiam hujus versiculi אַבְרָהָם de Jehova, Idumæo-

rum sapientes perdente simpliciter intelligimus, & vix ac
 ne **vix** quidem ad ea, quæ ab ipsis Idumæis perverle
 & infelicitè acta esent, referimus. Si sub nostro fri-
 giōri cœlo & nostris diebus **vix** iset Obadias, si placi-
 dus attenusque Kantii discipulus interiores mentis huma-
 næ recessus & rationem modumque, quo divina Summi
 Numinis vis in pectora hominum agat & penetret, quan-
 tum mortalibus datum sit, perscrutari didicislet, & si de-
 nique tranquillo ac sedato animo chordas pectine pul-
 sasset, Schnurrerianæ rationi haud mulum refragareimur.
 Cum autem sub ardente orientis sole, & juvenili generis
 humani ætate natus, necdum subtilioris & exquisitoris
 doctrinæ studiis expolitus eset Vates noster; cum divino
 furore correptus & amore in patriam iraque in hostes
 actus ac concitatus futura caneret & ipsum Jehova,
 quid acturus eset, prædicentem induceret; & denique
 cum, ut probum ac sincerum decebat Judæum, populari,
 de qua jam diximus, opinioni, Jehovah particulari &
 $\alpha\mu\epsilon\omega\alpha$ vi in res agere humanas ab incunabulis innuti-
 tis, atque ut propheta ad illam institutus & imbutus
 eset, qualem propoluit laudatus Germaniæ philologus,
 talem sensum Obadiæ verbis subesse, ut concedamus,
 nunquam impetrabit. De cætero, cum de vaticiniis quæ-
 stio sit, non semper saltem anxia cura & laboriosa dili-
 gentia, quo die, qua hora singulæ vel minutissimæ res,
 quas id, quod caput est, complectitur, re vera eventum
 habuerint, indagare & oderari nolumus; sufficit enim
 sepissime illud **בַּיּוֹם הַחְמָר וְהִיא**, **E' futurum est tempore isto;**
 quare etiam, utrum ante, an sub, an post excidium
 civitatis Edomitice perdiderit Jehovah sapientes Idumæo-
 rum, nihil curamus; factum enim certe est, si fides ha-
 benda sit Prophetæ, tempore isto,

v. 9. Dina hjältar, o Theman! skola förskräckte blifva, så att
hvarje man på Esaus berg shall utrotad varda, 9)

C 2

v. 18.

9) יְהוָה, si sensu appellativo sumitur, *austum & plagam austalem* significat, quo modo CHALD. & HIERONYM. in *Comment. ad h. l.* habent, ratione explicationis inde deducita, quod ad meridiem terrae Israëliticæ sita erat regio Idumæorum; si autem ut proprium consideratur, nomen tuit ditionis & oppiduli in orientali Idumææ parte, teste HIERON. in *Comment. cit. Et ad Hos. 1: 12.* Quarum sententiarum posterior videtur verior; quia quo loco sita Idumæa, ad rem, quam tractat Vates, heic saltem nihil interesse posuit; sed quoniam in priori versu sapientum Idumæorum mentionem fecisset, regionem ipsam ex urbe nuncupat Themanensem, qui ab antiquissimis temporibus sapientia & proverbiorum acumen inclaruerant. Cfr. *Job. II: 1, XX: 1, Baruch. II: 22, 23.*

לְמִקְרָב vulgo redditur *per cædem*; sed cum insolentior sit significatio *per* in præpos. לְ, atque valde frigeat dictio לְמִקְרָב יְכֹרֶת, *cædetur per cædem*, his difficultatibus ita mederi studuerunt nonnulli Interpretes, ut aliis punctis appositis לְמִקְרָב I. מִקְרָב legerent, & Arab. مُقَاتِل, vi-
rum prælio aptum significantem, in auxilium vocato, Hebr.
voci *bellatoris strenui* vim tribuerent, dum alii, Veterum
auctoritatem, Chaldeo tamen excepto, lecuti, vocabulum
לְמִקְרָב ab hoc versu distraherent, illudque, cum מִקְרָב
conjunctam, sequentem versum incipere juberent. Sed
utram harum elegeris medelarum, aliquid tamen incom-
modi remanet. Quod enim ad priorem conjecturam, quæ

v. 10. För det mord, för det våld du emot din broder Jacob
förfövat skall blygd dig betäcka, och du skall för all tid
förförd blifva. 10)

v. 11.

SCHNURERI est, attinet, vereor, ne ROSENmüllerus l. c.
judicij rectus sit, quum talis constructio, qua inter שׁרֵי &
cum eo conjungendum לְקָרָב interponantur verba מַהְרָא יְשִׁיר, an ab Hebræis unquam usurpata sit, in dubium vocat. In
altera explicatione Codices manu scriptos contra pugnan-
tes habent; quemadmodum etiam copula ו ante מַחְמָד deest, quamquam illa a Veteribus addita reperitur, ut
taceam, id quoque dici posse, orationem a majori ad mi-
norem rem, ab interficiendo ad violenter agendum pro-
cedere, si לְקָרָב versum 9:um inciperet. Sed non tanti
tamen aestimandæ sunt difficultates, quæ posteriorem se-
quuntur explicandi rationem, ut illam rejiciamus & vul-
gari, quæ fere inepta est, acquiescamus; quare etiam
in versione לְקָרָב in versus sequentis initium transdux-
imus. Nam neque id placet, si לְקָרָב, suo loco servatum,
propter ταῦτη, scil. fratris tui, explicetur; quoniam sic
politum quoque friget, & longius ab חִרְבָּה fit remotum.

10) Causam nunc indicat Propheta, cur a Jehova funditus
evertenda sit Idumæorum respublica, eamque unice po-
nit in scelerato isto facinore, quod in consanguineos suos,
Judæos, tum potissimum intulerant Idumæi, cum a Chal-
daëis, ut videtur, expugnata diriperetur Hierosolymo-
rum urbs. Hic enim eventus cardo caputque rei est, in
quo longius forsitan, atque decuit, excurrit Vates. At
quoniam usque a primis ambarum gentium initiis infen-
tissimo ac pertinacissimo odio in Jacobi posteros flagrave-